

## DISPUTATIO SECUNDA.

## De Divina Scientia.

## P R Æ L U D I U M.

**E**X abyſſo, e qua feliciter emerſimus, ad alteram perſcrutandam provocamur: ex abyſſo ſcilicet Divinae Gratiae ad Scientiam Dei abyſſum: ut jam cum regio Propheta dicere liceat: *abyſſus abyſſum invocat in voce cataraſtarum tuarum*; *Pſ. 41.* in quam intendens Gentium Apoſtolicus admirandus exclamavit: *O altitudo divitiarum Sapientiae, & Scientiae Dei: quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inſtigabiles viae ejus!* *Rom. 11.*

Nihil tamen altitudo illa Divinae Scientiae meturret, quominus memet ipſo, ac periculoſo mari committam; modo geminum Eccleſiae fidus in hacce nova navigatione propitium habeam, Auguſtinum, & Thomam: quibus ego Ducibus, ut in omni altera Theologica Tractatione labor maxime, ita & in iſta, quae de Dei Scientia diſputat, gloriatur, ac triumpho.

## P R Æ L E C T I O I.

*Dari veram in Deo, & ſtricti nominis diſtam Scientiam; Creaturaſque omnes in Effentia ſua, tanquam in medio, cognoscere; eamque cognitionem eſſe Creaturarum cauſam, propugnatur.*

**D**E Divina Scientia praſenti Exercitatione diſcurus, ad quaſtiones, quae a Theologis agitari ſolent, nulla interpoſita mora, ſtatim accedam; & ne plus juſto haream in limine, tria ſimul inveſtigabo: Primo, num detur in Deo Scientia veri, ac proprii nominis, ſtricti, ac rigorofe ſenſu accepta, qua Deus univerſa cognofcat; non Scientia, ut ſchola loquitur, quomodocumque, ſed Scientia per proprias cauſas? Hanc non utique perdifficilem, & obſcuram, ſed quae caput eſt, & praſidium caeterarum, quaſtionem ad examina vocare neceſſum eſt: Secundo, in quonam medio Deus ipſe Creaturas cognofcat: Tertio tandem; an Divina haec Scientia ſit cauſa effectiva Creaturarum?

Quod primum itaque attrinet, dubium nullum eſt, dari in Deo Scientiam quamdam generatim acceptam. Nullus certe Theologus, aut Philoſophus quod ſciam, hoc inſiciari auſus eſt, cum multis in locis Sacris in Litteris perlegatur, ut *Eſther cap. 14. v. 14.* nos autem libera manu tua, & adjuva me, nullum aliud auxilium habentem, niſi te Domine, qui habes omnium Scientiam. Et *Epistol. ad Rom. cap. 11. v. 33.* O altitudo divitiarum Sapientiae, & Scientiae Dei! Et paſſim ubique in Scripturis cum veteris, tum novi Teſtamenti, ubi Deo rerum omnium Scientia tribuitur, ſub quacumque temporis differentia conſiderentur; imo & ipſe humani cordis cogitationes, alii cuius, ſive homo ſit, ſive etiam Angelus, proſus abſcondita.

Quid plura? Si naturae lumen conſulamus, hoc facile percipiemus. Lumine naturali compertum eſt, Deum eſſe Ens perfectius, quo majus dari nequit: porro non eſt Ens perfectius, ſi clarioram Scientiam, & evidentem non haberet: Naturae lumine compertum eſt, Deum eſſe rerum omnium Conditorum: at certius eſt, huius orbis Conditorum caecum non fuiſſe; itaque ſi ſo-

lum naturae lumen conſulamus, Deum clarioram & evidentem rerum omnium Scientiam habere facile comperiemus. At hoc modo in quaſtione nequaquam venit: id ſolummodo diſceptandum eſt nobis; num ſcilicet Scientia, quam habet Deus, ſit Scientia per ſuas cauſas? quod negavit Vaſqueſius. Concedit quidem ipſe habere Deum rerum omnium Scientiam; negat tamen eſſe Scientiam per proprias cauſas. Ut igitur hanc Vaſqueſii opinionem facilem eſſe videamus, fat erit, ea momenta reſellere, quibus ipſe innixus eſt. Ad rem itaque noſtram. Primum momentum, quo contendit ipſe Scientiam Dei non eſſe notitiam per cauſam, eſt; quia ad talem Scientiam pertinet diſcurſus: porro, inquit ille, Deus nec diſcurrit, nec per notitiam unius pergit ad notitiam alterius, quia uno, eodemque intuitu omnia cognofcit; igitur Scientia Dei nequit dici Scientia per cauſas.

Quam facile ſit primum Vaſqueſii momentum, biſaria ratio demonſtrat. Primo igitur; non conſentit Theologi, ad rationem eſſentialem Scientiae pertinere diſcurſum; quinimo defectum appellant: Unde videmus, in Angelis dari veram Scientiam, certam, & evidentem, quin tamen in iſtis detur diſcurſus. Secundo; a Theologis, & Philoſophis duplex assignatur diſcurſus; formalis unus, virtualis alter. Primus eſt, quando datur multipliciter conceptuum, & ex uno ſit progressus ad alterum; alter, dum ſcilicet uno eodemque actu abſque reali diſtinctione ex uno ſit progressus ad alterum; quatenus ſcilicet unus eſt cauſa virtualis alterius: quemadmodum Deus cognofcendo Effentiam ſuam cognofcit & attributa, quae in Effentia continentur.

Alterum accedit Vaſqueſii momentum; quod nimirum ad rationem verae Scientiae requiritur, ut fiat progressus a magis notis ad minus nota: At in Deo non datur magis, vel minus notum, cum omnia ex aequo eidem nota ſint; quare ipſe concludit, non dari in Deo veri, ac proprii nominis Scientiam, hoc eſt per cauſam.

Hoc pari facilitate explodi poteſt: Verum eſt quidem eſt, non fieri in Deo progressum a magis noto ad minus notum reſpectu ad actum cognofcitivum Dei, cum Deo omnia ex aequo ſint nota; bene vero ex parte rei cognita, quatenus ſcilicet res in ſe ipſis talem ordinem habent, ut ſicuti una eſt cauſa alterius, ita una per ſe minus nota petat cognofci per aliam.

Tertium Vaſqueſii momentum tale eſt: Notitia, quae habetur per cauſam generalem, non eſt ſcientifica, ſed quae per cauſam peculiarem acquiritur: E. G. Non habet homo cognitionem ſcientificam de ſubſtantiis, ſi hanc habeat per ſolem, vel alia aſtra: requiritur, ut habeat per cauſas proprias: Deus porro habet Scientiam generalem; nam quaecumque cognofcit, per Effentiam ſuam cognofcit; Effentia vero Divina eſt cauſa generalis; proindeque notitia, quam per hanc cognitionem acquirit, ſcientifica dici nequit.

Hoc tamen occupavit D. Thomas in *Comment. ad Magiſtrum ſent. lib. 3. diſt. 13.* ubi ait, quod eo in caſu res non cognofceret ſcientificae Deus, quo in effectibus rationes tanquam genericas attingeret; ſecus vero ſi attingat rationes ſpecificas.

Et

## DISPUTATIO II. PRÆLECTIO I.

Et en quibus utitur momentis Vaſqueſius, Videtur ergo, non fuiſſe inutile de ſua hac opinione loqui: licet enim exilis, exſucca, & parvi momenti eſſe videatur, quia tamen praſidium eſt caeterarum quaſtionum, quae nobis impoſterum pertractanda ſunt, eam praetermittere omnino non licuit. Probato itaque, ſtatutoque hocce principio, dari in Deo veram, & proprii nominis diſtam Scientiam, de talis Scientiae modo, atque ratione inquirendum; quae altera propoſita controverſiae pars eſt; in quo ſcilicet medio Deus Creaturas cognofcat?

Quo circa ſciendum eſt, exiſtiſſe olim Theologos, qui putarunt, Deum non aliud noſſe de Creaturis, quam illud eſſe emittens, quod habent in Effentia Divina; non illud eſſe privatum, quod poſſident extra Deum. Abſurditas huiusce ſententiae patet: nam ſi Deus nonniſi illud eſſe emittens noſceret, & intelligeret, Deus re ipſa non haberet notitiam creaturarum: nam illud eſſe emittens eſt ipſa Effentia Creatoris. Adde: Deus idcirco Scientiam habet de creaturis, ut Providentiam habeat; hoc eſt, regat, diſponat, atque gubernet. Porro Providentia eſt de illo eſſe privato creaturarum; non eminentem; nam hoc non ſubiacet Providentiae.

Illud tamen in controverſia eſt; num Deus res creatas cognofcat in ſe ipſo? Communis Theologorum ſententia eſt, noſſe Deum ipſas in ſua Effentia, tanquam in medio; eo modo, quo dum quis in ſpeculum figit oculos, eo actu viſionis, quo videt ſpeculum, videt & illud, quod a ſpeculo eidem repraeſentatur. Hanc ſententiam, quae jam communiter invaluit, probant, & ſuſtinent, veteres Theologi, illo maxime nixi fundamento, quod D. Dionyſius Areopagita *lib. de Divinis nominibus cap. 7.* dicit: *ſe ipſam igitur Divina Sapientia noſcens, ſciens omnia.*

Nolo vim facere in hoc teſtimonio; cum perſpectum habeam, librum hunc D. Dionyſii non eſſe, ut Critici perſiſſimi ſuſtinent; ſed recentioris cujuſdam Scriptoris, cujuſmodi ſunt alii libri, qui eidem Dionyſio tribuuntur, quamquam revera Dionyſii non ſint, uti Liber de Myſtica Theologia, & alter de Coeleſti Hierarchia; cum his in libris multis de rebus fiat mentio, quae ſunt praeter uſum illius aetatis, in qua vixit Dionyſius. Vixit namque primo ineunte Chriſtiani nominis ſaeculo, temporibus Apoſtolicis; & in his libris fit mentio Patriarcharum, & Episcoporum, quorum nulla iis temporibus mentio erat. Lata tamen hac in re, & aperta eſt D. Auguſtini ſententia *lib. 11. de Civitate Dei cap. 7.* ubi haec habet: *Cognitio quippe creature in ſeipſa decoloratio eſt, ut ita dicam, quam cum in Dei Sapientia cognofcitur, velut in arte qua facta eſt: cui decretoria etiam rationem adiungit Doctor Angelicus lib. 1. ſent. contra Gentes cap. 49.* ubi habet, non poſſe aliquam cauſam totalem, & adaequatam comprehendere, niſi una ſimul cognofcantur effectus, qui in ipſa continentur; proindeque cum Effentia Divina ſit cauſa totalis, & adaequata creaturarum, comprehendens Deus Effentiam ſuam, eo ipſiſſimo actu res creatas cognofcit, & intelligit.

Rationem hanc cavillatur Gabriel Vaſquez; & ut eam clumbem oſtendat, aſſert Angelum in exemplum. Angelus, ait ille, comprehendit intellectum ſuum, nec tamen cognofcit omnes intellectiones, ad quas ſuus intellectus extendi poteſt; nam infinita cognofceret.

Miror, virum aliunde ſubtiliſſimum non obſervare diſcrimen, quod inter Effentiam Dei, & intellectum Angelicum intercedit. Intellectus enim Angelicus non eſt cauſa adaequata, quaſi a nullo alio in ſuis intellectionibus efficiendis dependeat;

Serry Tom. IV.

ſed habeat ſpecies intelligibiles neceſſum eſt; quas non habet a ſe, ſed a Deo per inſuſionem. Effentia vero Divina eſt cauſa totalis, & adaequata; & propterea ex hoc ſolum, quod cognofcit Effentiam, cognofcit etiam eodem ipſiſſimo actu, nullo alio ſuffragante, creaturas. Stat ergo inconcuſſa Doctoris Angelici adducta ratio.

Quibus argumentis addi a nobis poſſet, Intelligenti perfectiſſimo tribui debere modum intelligendi perfectiſſimum; proindeque Deo eſſe certifiſſime tribuendum, cum Deus ſit intelligens perfectiſſimus. At certe modus intelligendi in prima Veritate perfectior eſt modo intelligendi in veritate participata: porro Effentia Dei eſt prima Veritas; ac per conſequens modus intelligendi in ea debet eſſe perfectior.

Huius roboris eſt ratio altera; Scientia, quam habet Deus, creaturarum, eſt etiam Sapientia: id porro inter Scientiam, & Sapientiam diſcriminis eſt; ut Scientia per quascumque cauſas intelligat; per altiſſimas autem Sapientia. Effentia igitur Dei cum ſit altiſſima cauſa, conſequens eſt, quod dum Deus cognofcit Effentiam ſuam, cognofcat etiam creaturas.

Videamus modo, quid dicat in contrarium Vaſqueſius: medium, ait, in quo quid certo cognofcitur, debet eſſe connexum cum re, quae cum eo medio cognofcitur; alter cognitio non eſt inſallibilis: atqui nulla datur connexio inter Effentiam Dei, & creaturas, & maxime poſſibiles; igitur non eſt, cur Deus cognofcendo Effentiam ſuam creaturas etiam cognofcat.

Hoc videtur ſpecimen Veritatis habere; ſed ita revera non eſt. Repono etenim ego: Tanta eſt connexio Effentiae Divinae cum creaturis, & quidem poſſibilibus, ut ſi per impoſſibile non poſſet Deus producere Muſcam, Deus non eſt omnipotens; & hoc non quidem per rationem a priori, ſed per rationem, ut Schola loquitur, a poſteriori. Unde a Vaſqueſio nihil quicquam ex hoc extundi poteſt.

Urget tamen: Creaturae exiſtentes non habent neceſſariam connexionem cum Effentia Divina; nam minus neceſſarium nullam habet connexionem cum maxime neceſſario: porro res exiſtentes ſunt minus neceſſariae, Effentia Dei eſt maxime neceſſaria; ergo nulla debet eſſe connexio inter res exiſtentes, & Divinam Effentiam.

Difficultatem hanc occupavit D. Thomas, dum dixit, minus neceſſarium non habere connexionem cum magis neceſſario per mutuum utriusque ad invicem dependentiam; bene vero per non mutuum: E. G. Veritas primorum principiorum habet connexionem cum Concluſionibus, quae habentur ex primis Principiis; & tamen prima Principia ſunt magis neceſſaria: igitur nec ex hoc poteſt Vaſqueſius inferre, Deum per cognitionem Effentiae ſuae non cognofcere creaturas.

Polito itaque, atque probato, Effentiam Divinam eſſe medium, in quo Deus creaturas intelligit, videndum modo, an ipſamet Divina Scientia feratur in Creaturas, nedum eas intelligendo, verum etiam producendo; ſeu an res creatae ideo ſint, quia ſunt; an potius ideo ſint, quia cognofcuntur a Deo; quae poſtrema pars eſt huiusce propoſitae quaſtionis.

In hac itaque difficultate unum eſt, in quo conveniunt, alterum, in quo ad invicem digladiantur Theologi. Conſentiant iſti, Scientiam Dei cauſam eſſe ſaltem directivam Creaturarum. Conſtat id Sacris in Litteris, praefertim vero ad *Ephes. 1.* *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuae.* Liqueat & hoc ratione naturali; non enim exiſtimari par eſt, caecum auctorem Deum eſſe, qui operatur ad extra, & non intel-

Ee 2

lignis;

ligens; ut conducat creaturas ad finem. An autem Scientia Dei non tam directiva sit creaturarum, quam etiam productiva; hoc est, an sint, quia sunt, an vero sint, quia a Deo cognoscantur, hoc maxime contenditur. Certum est tamen, sententiam illam, quæ dicit, Scientiam Dei non tam directivam, quam productivam esse creaturarum, sententiam esse SS. Patrum, & maxime D. Augustini, quo dicitur & nos hanc sustinemus. Is enim lib. 15. de Trinitate creaturarum omnium, cum spiritualium, tum corporalium notitiam in Deo ponit quovis in statu operatricem, & effectricem, his verbis: *Universas creaturas suas spirituales, & corporales, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit. Non enim nescivit, quæ fuerat creatura. Quia ergo scivit, creavit; non quia creavit, scivit. Quod etiam confirmavit lib. 11. de Civitate Dei cap. 10. Occurrit animo quiddam mirum, sed tamen verum, quod iste mundus nobis notus esse non posset, nisi esset; Deo autem, nisi notus esset, esse non posset.*

Id ipsum repetit lib. 13. confess. cap. 38. nos itaque ista, quæ fecisti, videmus quia sunt: Tu autem, quia vides, ea sunt. Gregorius itidem Magnus in hanc venit & ipse D. Augustini sententiam Expos. Moralium lib. 20. cap. 23. in 30. cap. 5. Job. Quæ sunt, non ab æternitate ejus ideo videntur, quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur.

Ad rem itaque veniamus: Deus operatur omnia per actum imperii Psal. 148. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt. Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis. . . . Et factum est ita. Sed actus imperii est intellectus: ergo scientia Dei nedum est directiva, sed etiam productiva creaturarum.

Accedit & alia ratio: Si Scientia Dei non esset directiva, & productiva simul, ita ut res cognoscerentur, quia essent, non ideo essent, quia cognoscerentur: Scientia Dei penderet a creaturis; nam haberet ab his mensuram veritatis suæ: repugnat hoc dici: Dei igitur Scientia est directiva simul & productiva creaturarum.

Scio, quod reponunt Adversarii: pendet, inquit illi a creaturis, tanquam ab objecto, non tanquam a causa.

At constat, hoc esse falsissimum. Si Scientia penderet a creaturis, tanquam ab objecto, ut objectum est, haberet ab hoc mensuram veritatis suæ: præterea nequit fieri, ut minor sit dependentia Scientiæ Angelicæ ab objecto, ac sit dependentia Scientiæ Divinæ. Porro Angelus in rebus ad extra intelligendis non accipit species ab objecto, ut objectum est, sed a Deo: igitur si Angelica Scientia id habet, ut non dependeat ab objecto, ut objectum est, non erit id denegandum Divinæ Scientiæ quasi inferioris conditionis sit Scientia Angelica.

Nihilofcius urgent adversarii: nulla Scientia facit objectum suum, sed tantum supponit; Si ergo Scientia Dei esset effectiva creaturarum, faceret objectum, non supponeret ipsum.

At non advertunt, illud axioma philosophicum intelligendum esse de Scientia mere speculativa, non practica. Scientia enim speculativa videt objectum, non operatur; practica vero operatur illud. Unde cum Dei Scientia nedum speculativa sit, sed etiam practica, consequens est, ut nedum directiva, verum etiam productiva rerum sit creaturarum.

Jactitant nihilominus: Ex eo, quod res vel est, vel non est, intellectus est verus, vel falsus: unde res prius debet esse, quam ab intellectu cognoscatur.

Repono ego, vulgatum illud axioma esse exponendum de intellectu creato, non autem de intellectu Divino. Cæterum dico: Non est minor perfectio Intellectus Divini, quam sit perfectio Divinæ Voluntatis; sed res, quas amat Deus ad extra, non ideo amantur, quia bonæ sint, sed ideo bonæ sunt, quia amantur a Deo; quia amor Dei est operativus bonitatis in creaturis: itaque pari ratione, cum ejusdem perfectionis sit Intellectus, res, quæ a Deo cognoscuntur, non ideo cognoscuntur, quia sunt; sed ideo sunt, quia a Deo cognoscuntur, cum & hic sit nedum speculativus sed etiam practicus.

Si porro reponant, Scientiam simplicis intelligentiæ non facere res possibiles, adeoque nec illam Visionis, de qua agimus, facere posse existentes: reponimus, latum esse discrimen has inter Scientias.

Nam prima Scientia mere speculativa est, quia non habet adjunctum decretum Divinæ Voluntatis: secunda autem est practica, quia decretum habet adjunctum. Unde si prima res possibiles non efficit, hoc ipsam tamen præstat secunda.

Majorem difficultatem adversus thesım nostram testimonia faciunt aliquorum Patrum, qui sunt Origenes in cap. 8. epist. ad Rom. S. Joannes Chrysostomus in cap. 5. epist. ad Rom. Justinus Martyr lib. quest. 58. ad Gentiles S. Hieronymus dialog. 3. adversus Pelagianos: qui omnes testantur, non ideo res esse, quia cognoscuntur a Deo, sed esse, quia sunt.

At facilis solutio est: quod enim dicunt, res ideo cognosci, quia sunt, intelligendum est de cognitione, quæ fit non ex causa vera a priori, sed quæ fit ex causa a posteriori. Dein hi Patres, & præcipue Hieronymus, loquuntur citatis in locis de peccatis, non vero de bonis operibus, vel de creaturis, de quibus hic sermo est. Id patet exemplo a Hieronymo ibidem adducto; ait enim, non ideo peccasse Adam, quia Deus cognoverit Adam peccaturum. Ex quo clarissime constat, quod neque ex hisce SS. Patrum testimoniis extendi potest, ideo res esse, quia sunt, sed ideo esse, quia a Deo cognoscuntur.

In sequentibus, Viri Theologi, amplissimum disputationis campum ingrediuntur, de Divina Scientia quoad hominum peccata, & futura libera contingentia, disputant. An de his Deus perfectam habeat, certamque Scientiam, & in quo medio ea cognoscat investigabimus, ac resolvemus.

## PRÆLECTIO II.

*Mala cum pœna, tum culpa, futuraque libera contingentia certo Deum cognoscere propugnatur; singularumque cognitionum media statuuntur, demonstrantur.*

Cum in antehabitis multis probaverimus argumentis, dari in Deo veri, & stricti nominis scientiam, illumque Creaturas omnes in Essentia sua, tamquam in medio cognoscere, nec non Divinam Scientiam causam esse omnium Creaturarum; reliquum modo est, ut queramus, num Deus, & in quo medio mala tam pœnæ, quam culpæ, & futura libera contingentia cognoscat.

Hoc itaque præsentis Exercitationis argumentum erit. Quo circa, quantum ad priora duo attinet, illud pro certo ponendum est, Deum mala tam culpæ, quam pœnæ certissime noscere. Cum enim mala culpæ strictè prohibeat, & mala pœnæ pro malis culpæ nobis infligat, iustus pro-

profecto non esset Deus, nisi utraque certo cognosceret.

Eo itaque pro certo posito, de malis pœnæ ita statuumus: Deus mala pœnæ eo in medio cognoscit, in quo cognoscit bona sensibilia, quibus mala pœnæ nos privant.

Ratio in promptu est; quia privationes cognoscuntur per formas, quibus privant: uti tenebræ per lucem, ægrotudo per sanitatem, æterna damnatio per felicitatem æternam; qua de re non est admodum disputandum.

At illud nobis est operosius inquirendum, in quo medio Deus mala culpæ, seu peccata certo cognoscat; peccata, inquam, seu præsentia, seu futura: Ex Gr. Petrum die crastina infallibiliter peccaturum. Qua in re notandum imprimis est, in quocumque peccato distinguendum esse materiale, & formale peccati. Deus autem habet ad materiale peccati concursum aliquem, seu simultaneum, seu prædeterminantem; habet etiam decretum aliquod, permixtum quo ad formale peccati. Unde si Deus cognoscat, Petrum eras peccaturum, non alia via cognoscit, nisi quod datur decretum Dei de concurrendo ad materiale peccati, & decretum permixtum; hoc est, non impediendi peccatum, Ratio vero, cur Deus ita cognoscat, est: Primo quidem, quia cognoscit infirmitatem humanæ naturæ, quæ sibiimetipsi relicta tentationi succumbit, qua provocatur ad malum. Secundo, quia statuit Deus humanam Petri naturam suæ infirmitati relinquere, eamque Gratiæ suæ præsidio non juvare, ut peccatum ea in occasione deviret.

En tamen quid Adversarii reponunt: Si Deus certo novit, Petrum gravi tentatione pulsatum, & ad peccatum provocatum infallibiliter peccaturum, si Divinæ Gratiæ præsidio destituitur, eum tamen Gratiæ suæ præsidio destituit; erit profecto peccati confors, atque incensor: uti plane homicidii confors, ac reus est ille, qui cum certo noverit, Petrum aliquo in discrimine positum infallibiliter occisum iri, Petrum eo in discrimine ponit.

Nonnulli, ut ab ea difficultate expediant sese, respondent; Gratiam, qua Petrus tentationem superaturus erat, & peccatum devitaturus; beneficium gratuitum esse, ac prorsus indebitum: atque ita non teneri Deum ad eam Gratiam Petro conferendam; peccatumque in Deum non esse ea in hypothese refundendum.

Belle quidem, atque subtiliter. Verum iniquo ego: Esto Gratiæ, qua peccatum devitaturus erat Petrus, beneficium sit mere gratuitum, si absolute, ac per sese spectetur; ea tamen in occasione, in qua tenetur homo ex Divino præcepto superare, & vincere tentationem, ex fidelitatis lege quodammodo debita est illa Gratiæ, ne Deus impossibilia præcipere conceatur: Deus impossibilia (ut loquitur Augustinus lib. de Nat. & Grat. cap. 43.) non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis.

Quapropter, ut a proposita difficultate expediam meae longe feliciter repono, idcirco Deum peccati confors non esse, & incensorem, tamen hominem gravi tentatione pulsatum in suæ naturæ infirmitate relinquit, eumque suæ gratiæ præsidio non privat, ut peccatum deviret; quia se ipso paratissimus est Deus ad eam Gratiam conferendam, nisi peccator obstinatione sua obicem poneret; ut tunc Deus per Prophetam suum merito dicat: *perditio tua ex te Israel; tantummodo in me auxilium tuum. Osee 13. v. 9.*

At ecce gravior longe hinc oritur difficultas:

idcirco Deus nequit dici confors peccati, quia se ipso paratissimus est ad Gratiam largiendam, nisi homo obstinatione sua obicem poneret: Sed ex Doctrina Doctoris Angelici non ponere obicem Gratiæ est ex Gratiæ: in idem igitur incidimus incommodum; Deum scilicet sponte sua negare homini Gratiam præservativam a peccato, quia homini denegat Gratiam, qua sola fieri posset, ut non poneret obicem Gratiæ. Sic certe *abyssus abyssum invocat in voce cataractarum.*

Repono tamen, duplici modo contingere posse, ut quis non ponat obicem Gratiæ; uno quidem modo positive, aliquem actum elicendo, quo superet, vincatque quemcumque obicem; & hoc quidem modo non ponere obicem Gratiæ ex Gratiæ est: altero modo negative, abstinento a quocumque actu, qui Gratiæ obesse posset; & hoc certe modo non ponere obicem Gratiæ ex Gratiæ non est; quia ad non agendum non est Gratiæ necessaria.

Mustitant contra hoc Adversarii: Deus ergo in hoc saltem erit auctor peccati, quia negat eam Gratiam, qua sola homo esset non peccaturus.

Repono ego: licet peccatum ad denegationem Gratiæ sequatur, non tamen per hoc denegatio Gratiæ dicenda est causa peccati.

Ponite V. G. lapidem supra columnam: si subtrahatur columna, cadentem lapidem ecquus non videt? Quæro ego; causa lapsus illius lapidis debet ne dici amotio illa columnæ? Impudenter diceret, si quis talia diceret. Causa lapsus illius lapidis non est amotio; ingenta gravitas lapidis est: si enim levis esset lapis, licet amoveretur columna, non laberetur. Ita a pari ratio, cur homo, cui denegatur Gratiæ, peccet, non est, quia denegetur Gratiæ, sed interna voluntatis malitia.

Nihilofcius urgent: denegatio Gratiæ, licet non sit physica causa peccati, moralis saltem dicenda est; unde videmus, quod si peccatum esset lapsus lapidis, amovens columnam, si non physica, saltem moralis esset causa illius peccati. Ita igitur Deus in Gratiæ suæ denegatione, si non physica, moralis saltem peccati causa dicendus erit.

Repono tamen, idcirco lapsus lapidis, ac per consequens illius peccati, quod in lapidis lapsu contineretur ea in hypothese, eo in casu amovens columnam, diceretur causa moralis peccati, quia columnam submoveret, quam submovere minime deberet; imo nec submovere teneretur. Porro largitio Gratiæ non est ita Deo imposta, ut eam teneatur omnibus æque conferre: ex quo liquet, nec moralem causam peccati ob denegatam Gratiam Deum esse dicendum.

En tandem quid in contrarium afferre solent Adversarii: Si Deus denegaret Gratiam, & homo infallibiliter peccaret, homo esset natura sua malus; quod certe coincidit cum errore Manichæorum; qui ex eo damnati sunt, quod ponerent hominem ex natura sua malum. Reponimus tamen nos, hominem quidem ex natura sua malum esse; sed cum hoc dicimus, non intelligimus de natura quatenus primo a Deo condita est: quæ erat Manichæorum sententia, sed de natura, quæ facta sit mala per originale peccatum: atque ita tamen damnati sunt Manichæi per hoc, quod impie sustinebant; nihilofcius Concilium Arausicanum II. Can. 22. definit, non habere hominem sibi relictum, nisi peccatum. Si autem dicerent, hanc naturæ perversitatem per baptismum fuisse sanatam: Bene est: sed sanata dicenda est quantum ad partem animæ superioriorem, non quantum ad inferioriorem; quia semper etiam post

post regenerationem retinet fomitem, & pronitatem ad malum.

Sed de his satis. Nunc ad tertiam propositam questionis partem accedamus; num scilicet Deus certo & infallibiliter futura libera contingentia cognoscat, & in quo medio illa cognoscat. Celebratissima hæc de futurorum scientia, Viri Theologi, controversia est. Ex hac enim ceu a parente pendent controversiæ illæ omnes, quæ sub Pontificatu Clementis VIII., & Pauli V., inter Scientiæ mediæ defensores, & Thomistas Theologos obortæ fuerunt.

Primum igitur scire juvat, quid Theologi nomine futuri intelligant. Definunt futuram a D. Thoma id, quod est in dispositione causarum secundarum ad habendam existentiam pro tempore futuro. Tali pacto futura denominat & D. Augustinus lib. 6. de Genesi ad lit. cap. 17. ubi ait: *Deum futura facere, nihil est aliud quam eorum causas preparare ad hoc ut essent.* Id etiam ratio suadet: nam futuritio est denominatio quædam realis extrinseca: V. G. quod futurus sit Antichristus, veritas realis hæc est. Porro quæcumque denominatio realis pendet ab aliqua forma: si ergo futuritio pendet ab aliqua forma, a qua pendet? Non a causis, si considerentur tamquam potentes producere effectum suum: tribuitur sic possibilibus denominatio; determinatio autem causæ in suum effectum non tribuit futuris denominationem, sed existentibus.

Hoc posito, duplex de more futurum distinguitur, simpliciter nempe, & secundum quid. Futurum simpliciter illud est, quod est in dispositione causæ alicujus infallibilis; quia hoc pacto pro certo futurum erit. At vero futurum secundum quid illud est, quod est in dispositione causæ, quæ non est infallibilis, aut quæ potest impediri ex propria libertate: quo pacto videmus nonnullas Prophetias, quæ licet falsæ sint, Prophetæ tamen, qui eas pronunciarunt, falsi dici nequeunt: V. G. lib. 4. Reg. cap. 20. prænuntiata est futura mors Ezechie Regis: Isaias enim dicit ad Regem: *hæc dicit Dominus Deus: præcipe domui tuæ: morietis enim tu, & non vives;* & tamen non perit, nisi post annos quindecim, qui diebus eius additi sunt, ut in eodem capite vers. 6. illi per Prophetam ipsum promiserat Deus. Porro Prophetæ falsus minime dicendus est Isaias; prænunciavit enim moriturum Regem, quatenus illius mors jam erat in dispositione secundarum causarum; quia videlicet laborabat aegritudine, quæ naturaliter erat moriturus. Similiter *Jona* cap. 3. Prophetia est: *ad huc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.* Et tamen Ninive non fuit subversa; nec per hoc falsus Prophetæ dicendus est; quia videlicet prænunciavit subversionem Ninive, quatenus erat in dispositione causarum secundarum, eo quod scelera illius populi id merebantur, ut intra hoc tempus subversa esset, nisi poenitentiam egissent: & quoniam poenitentiam fecerunt, non fuit subversa; nec tamen falsa Prophetia dici debet, quia facta fuit de futuro aliquo secundum quid.

Accedit & alterum: Nonnulla sunt quæ dicuntur futura *absoluta*; alia, quæ futura *conditionata* dicuntur.

Prima sunt, quorum futuritio nulla conditione suspenditur: Secunda, quæ aliqua conditione suspensa manent. Primorum exempla plura extant, inter quæ est Prophetia Antichristi, quæ simpliciter facta est: nam Deus non spondit, Antichristum sub conditione vepurum. Exempla secundarum multa itidem sunt. Sciendum tamen, conditiones duorum esse generum: Aliæ sunt disparatæ, quæ scilicet nullam habent connexionem

cum re, quæ futura dicitur: V. G. lib. 4. Reg. cap. 13. *si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem.* Disparata conditio est illa *percussisses quinquies, aut sexies.* Nam nullam certe connexionem habebat percussio illa cum devastatione, quæ secutura erat. Alia est conditio, quæ connexionem habet cum effectu futuro: puta, dum in Evangelio habetur, quod si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes; quæ in Corozaim, & Bethsaida factæ fuerunt, in cinere, & cilicio poenitentiam egissent; ibi prænuntiata conversio est sub conditione; si Christus nempe apud eos illa miracula patrasset, quæ apud Judæos patrarat. Porro miraculorum patratio, & id, quod erant facturi, habebant aliquam inter sese connexionem moralem.

Alia itidem futura sunt, quæ pendet ex conditionibus, ut ita dicam, connexis, sed veluti infallibiliter, & metaphysice: V. G. Si Judæ Gracia efficax data esset ad conversionem, Judas conversus esset. Ibi prænunciatur conditio, quæ non modo cum conversione, quæ secutura esset, erat quomodocumque connexa; sed quæ metaphysice, & infallibiliter connexa erat. Si enim detur Gracia efficax, impossibile est, ut Judas non converteretur.

His itaque positis, ad questionis resolutionem properemus; num videlicet Deus certo, atque infallibiliter futura libera contingentia cognoscat; & in quo medio ea cognoscat.

Quod primum attinet a primis Ecclesie Patribus contra quosdam Philosophos disputatum fuit, maxime contra Ciceronem, qui lib. 2. de Divinatione ait, non habere Deum futurorum liberorum certam cognitionem: nam si haberet, dicebat ipse, destrueretur nobis sollicitudo de rebus futuris peragendis. Habere itaque Deum certam futurorum liberorum cognitionem secundum fidem Scripturæ negari nequit; cum hoc nihil frequentius multis in locis in ipsa perlegatur; imo Saeris in Litteris usque adeo constat, habere Deum certam hanc futurorum liberorum cognitionem; ut si cognitio hæc Deo forte fortuna negetur, falsa esset cognitio Prophetarum.

Hi namque multa futura contingentia prænuntiarunt; proindeque cum lumen Propheticum sit emanatio Luminis Divini, si Deus non haberet certam futurorum liberorum cognitionem, neque potuissent Prophetæ futura certo prænunciare.

Patet, & id ratione naturali. Futurum est illud, quod est in dispositione causarum secundarum ad habendam existentiam pro tempore futuro; unde ille certe novit futura, qui determinationem noscit causarum secundarum; noscit autem Deus causas secundas; cum ille sit prima causa; igitur Deus certam habet futurorum liberorum cognitionem.

Ut tamen refellamus Ciceronis argutias, notandum, quod ipse assererat etiam, quod si Deus certam cognitionem haberet futurorum liberorum, liberum tolleretur arbitrium; nam quod Deus novit certe futurum, id necessario futurum erit.

At hæc argutia sapit Oratorem, qualis ille erat, non Philosophum, nec Theologum. Quod enim Deus noscit futurum, infallibiliter quidem, sed tamen libere futurum erit; proindeque sine læsione libertatis; quia prævidit futura secundum modum, quo futura sunt, qui modus alius est libertatis, alius necessitatis.

Similiter ad primum reponimus, videlicet quod tolleretur, ut ipse ait, sollicitudo, quia secum homo ita possit ratiocinari: Si Deus infallibiliter cognoscat, me sanctum fore, ero infallibiliter sanctus; ergo vana, & superflua qualibet esset sollicitudo mea. Reponimus, inquam, talem ratiocinationem.

nationem stultorum esse; quia si Deus id futurum prævidit, novit id futurum esse per certa media; E. G. Si novit agrum laturum fructus, novit etiam laturum fructus media cultura; unde nequit ita ratiocinari: Deus novit, infallibiliter agrum fructus producurum; ergo minime attendenda est cultura: nam si Deus noverit, Petrum salvum fore, agrum fructus producurum, idcirco novit, quia certo novit Petrum opera bona editurum, agrum media cultura producurum messem: unde tantum abest dicere: siue sollicitus sim, siue non sim, salvus ero: ut vice versa dici debeat: ideo salvus ero, quia prævidit Deus me opera bona facturum; & propter hoc legitur saepenumero in Scripturis: *curato per bona opera vestra prædestinationem vestram.* Quod tamen intelligendum venit in ordine executionis, non intentionis; ut in Tractatu de Divina Prædestinatione a Thomistis explicatur adversus Scientiæ Mediæ Defensores; quod & nos suo loco expendemus.

Deum igitur certo, & infallibiliter nosse futura libera contingentia satis demonstratum arbitror. Ne porro ea in re memoranda nobis sit diutius immorandum, cum id solus Cicero denegaverit lib. 3. de Divinatione; ad alterum propositæ de futuris hinc difficultatis membrum gradum facimus; de quo solent recentiores Theologi disputare: in quo scilicet medio Deus futura illa contingentia libera cognoscat. Sunt enim, qui putant, Deum ex æternitate antecedenter ad quodcumque suæ voluntatis decretum illa cognoscere, quos inter Ludovicus Molina Scientiæ Mediæ patronus. Sunt, qui putant, Deum ipsa cognoscere in eorum veritate objectiva, seu in contradictione propositionum, quæ de futuris liberis contingentibus possunt efformari. Sunt, qui putant, Deum ipsa cognoscere in eorum physica presentia in æternitate; cum Deo quodcumque sint in æternitate presentia.

Ut nos recto ordine varias Theologorum istorum opinionates expendamus, nostramque opinionem statuamus, loco primo observandum est, Deum non cognoscere futura ista antecedenter ad quodcumque Divinæ suæ Voluntatis decretum, sed in ipso dumtaxat æterno prædestinationis Decreto; ita ut ea cognoverit, quia ea in æternitate sua determinaverit.

Nostra hæc erit hæc in parte sententia, quia D. Augustini, quem ducent in nostris omnibus Theologicis Tractationibus habuimus, sententia est. Hic enim quotiescumque de futuris hinc sermonem habet, statuit, Deum ea cognoscere, quia ea futura prædixit; Libro enim de Prædestinatione cap. 10. ait: *Prædestinatione Deus ea prædicat, quæ fuerat ipse facturus: & eodem in capite sub fine loquens de fide Gentilium, quam Deus futurum Abraham promissit, ait, quia eam prædixit; dixit enim: Credidit Abraham sed credidit dans gloriam Deo, quoniam quæ promissit, potens est & facere: Non ait prædicere, non ait præscire; nam & aliena facta potest prædicere, atque præscire: sed ait; potens est & facere, ac per hoc facta non aliena, sed sua.* Similiter de dono perseverantiae cap. 17. postquam ostendit, omnia bona opera nostra esse Dei dona, ex consequenti docet, idcirco Deum ea nobis dona conferre, quia prædixit; adeo ut non aliter noscat bona opera nostra futura, quam quod ipsa prædixit: *Quod si & dantur (verba sunt Augustini) ea se futurum esse prævidit; profecto prædixit.* Ita itaque ex mente S. Doctoris, Deum futura prænoscere non antecedenter ad Voluntatis suæ decretum, sed in æterno prædestinationis decreto.

Hanc Augustini sententiam D. Thomas non

in amplexus est, quam multis comprobavit argumentis 1. contra Gentes cap. 68. ratione 2. Inter alia momenta hoc primum gravissimum asserit. Futurum est id, quod est in dispositione causarum secundarum ad habendam existentiam pro tempore futuro; ergo Deus scire nequit futura libera contingentia, nisi sciat determinationem causarum secundarum; Porro, ante decretum Divinæ Voluntatis, non novit Deus dispositionem causarum secundarum; nam harum dispositio, & determinatio est maxime a decreto Divino; itaque in signo rationis antecedente decretum Divinæ Voluntatis nequeunt futura ista cognosci.

Alterum, quod asserit momentum, est: Deus in causis liberis cognoscere potest effectus eo modo, quo continentur in causa; sed antecedenter ad Divinæ Voluntatis decretum effectus non continentur in causis; cum causæ illæ indifferentes, suspensæ, indeterminatæ tunc temporis repentur: quomodo ergo poterit Deus in hisce causis futura ista cognoscere?

Accedit & alterum; quod futura ante decretum Divinæ Voluntatis re ipsa futura non sunt; quomodo ergo cognosci poterunt a Deo futura, ut futura, antecedenter ad Divinæ suæ Voluntatis decretum, si re ipsa non sunt futura; cum certe non dicantur futura, nisi per dispositionem causarum secundarum; & in signo antecedente causæ sint indeterminatæ, indifferentes, suspensæ?

Ludent tamen Adversarii testimonio quodam petito ex Lib. D. Thome contra Gentes cap. 67. ubi docet, in causis contingentibus non impediri effectum infallibiliter cognosci; unde cum in signo rationis antecedente Voluntatis Dei decretum voluntas humana supponatur non impedita, sequitur inde, causarum istarum effectus cognosci utique posse antecedenter ad Divinæ Voluntatis decretum.

Non advertunt tamen, quod ubi docet D. Thomas, effectum certo, & infallibiliter cognosci posse in causa contingenti non impedita, loquitur de ea causa, quæ est determinata ad aliquem effectum secundum speciem; non de illis causis, quæ ex natura sua determinatæ non sunt. Voluntas vero humana, licet sit non impedita, non est tamen ex natura sua determinata ad effectum aliquem secundum speciem; sed imo ex natura sua est indifferens, ut possit amare, & odisse. Unde licet Deus cognoscat voluntatem humanam non esse impeditam, tamen nequit effectus cognosci antecedenter ad Divinæ suæ voluntatis decretum; quia scilicet aliunde posset impediri.

Repono & aliud: dum ait D. Thomas, in causis contingentibus non impediri effectum certo, & infallibiliter videri posse, de illis causis loquitur, quas Deus cognoscit non fore etiam unquam impediendas. Porro antecedenter ad Dei decretum licet Deus causas non impeditas cognoscat, in eo signo tamen rationis non cognoscit, an fiat forte impediendæ: cumque accidat, ut licet in illo signo rationis non sint impeditæ, in alio tamen signo impediuntur, vel per decretum oppositum, vel per electionem propriam, consequens est, ut antecedenter ad suæ Voluntatis decretum Deus non cognoscat, quid illæ causæ sint certo, & infallibiliter producturæ.

Unum tamen est, quod urget Molina: idcirco per vos, ait ipse, Deus antecedenter ad Divinæ suæ Voluntatis decretum non videt certo futuros actus humanæ voluntatis, quia voluntas antecedenter ad tale decretum est indeterminata, & indifferens: At si sic est, etiam post decretum remanet humana Voluntas indeterminata, & indifferens; igitur concludendum, aut D. Thomæ rationem nullius esse momenti, aut Deum anteceden-

denter ad suæ Voluntatis decretum actus voluntatis humane cognoscere.

At hoc mera æquivocatione laborat. Duplex enim indifferentia a Theologis distingui solet: Activa una; passiva altera. Prima fita est in suspensione actus; Secunda in versatilitate facultatis ad agendum, vel non agendum. Dum dicitur voluntas hominis antecedenter ad Dei decretum indifferens, & indifferens, dicitur talis esse indifferens passiva, quia in eo signo rationis determinata non est: at statuto decreto manet indifferens indifferentia activa; quia adhuc retinet obeficaciam Divine motionis capacitem agendi, vel non agendi, amandi, vel odio habendi: unde neque ex hoc, quod etiam post Divine Voluntatis decretum maneat indifferens, inferri potest, Deum antecedenter ad suæ Voluntatis decretum actus voluntatis humane cognoscere.

At unde habet ipse, quod maneat indifferens post etiam Divine Voluntatis decretum. Hac de re multa Theologi excogitant. Sunt, qui putant idcirco indifferens manere, quia Deus antecedenter ad suæ Voluntatis decretum explorat, quid voluntas humana factura esset, si posset agere se sola sine concursu Dei, sive fit hic *prædeterminans*; sive fit *simultaneus*; & dein determinat Deus quid fit factura voluntas. Et in quod elapsa ætate putavit Theophilus Raynaudus in libro qui inscribitur *Nova libertatis explicatio part. 2. cap. 4. num. 35.* Absurdissimum sane: quasi quod voluntas humana posset aliquid agere ex se, sine Dei adiutorio.

Hanc tamen cogitationem sunt alii, qui explanare conantur. Idcirco, ajunt isti, voluntatem humanam, posito etiam decreto, adhuc esse indifferens, quia motio quæcumque Divina liberam, in creatura a Deo mota sive per concursum simultaneum, sive per concursum prædeterminantem, relinquit potentiam ad agendum, vel non agendum. Et in quo pacto conciliare se putant elumbem Raynaudi opinionem. Sed de hoc alibi fermo erit.

## PRÆLECTIO III.

Quoad Divinam futurorum contingentium notitiam Systema Suarezii confutatur: agitur quoque de futuris conditionatis.

Confutatio in superiori de cognitione futurorum contingentium Molinæ Systemate, postulat officii nostri ratio, ut ad Francisci Suarezii Systema pari efficacia impugnandum progrediamur. In qua tamen obœunda Provincia doleo vicem meam, quod Dialecticas Institutiones repetere debeam; cum Franciscus Suarez Dialecticis cavillationibus sæpius utatur; in iisque summopere delectetur. Ad rem itaque veniamus.

Ut unicuique Systema hoc clarissime pateat, observandum imprimis est, Franciscum Suarezium contendere, Deum ex æternitate etiam in signo rationis antecedente decretum nosse futura libera contingentia in veritate objectiva, & in propositionibus contradictoriis, quæ de hujusmodi futuris efformari possunt. Observandum itidem est, Philosophos omnes, atque Theologos duplicem distinguere veritatem; formalem unam, quæ est in intellectu; objectivam alteram, quæ in rebus ipsis consistit. Primam ajunt esse adæquationem intellectus cum re intellecta; secundam sitam esse, juxta mentem omnium Philosophorum, in connexionem prædicatorem cum subiecto; adeo ut res, aut propositio vera in se dicatur, quando prædicatum propositionis concordat cum subiecto, seu libera sit, seu necessaria. Notandum tandem de futuris

omnibus posse efformari propositiones contradictorias; puta *Antichristus erit, Antichristus non erit.* Contendit itaque Suarez, Deum ex æternitate in cognitione, quam habet propositionum contradictoriarum, cognoscere quæque futura.

Quam futillis sit istiusmodi opinio, paucis vestros ob oculos ponam. Falsum est, Deum ex æternitate cognoscere posse futura in veritate objectiva; quia futura illa in signo rationis antecedente decretum nullam habent veritatem objectivam. Nam cum veritas hæc sita sit in connexionem prædicati cum subiecto, in signo rationis antecedente decretum non posset cogitari causa illius connexionis: non intellectus; non voluntas; quia primus antecedenter ad Divine Voluntatis decretum nihil agere, aut intelligere potest, & in signo antecedente decretum Divina Voluntas nequit intelligi faciens illam connexionem; quia antecedenter ad decretum non cognoscitur operativa, cum per decreta duntaxat operetur. En igitur primum Suarezii momentum penitus eversum ac disturbatum.

Jam vero non posse cognoscere in propositionibus contradictoriis, quæ de hujusmodi futuris possunt efformari, res adeo plana videtur, ut mirari subeat, Suarezium, virum alias non mediocriter ingenii, in hujusmodi excogitationum devenisse. Ratio in promptu est. Lex propositionum contradictoriarum non fert, ut una sit determinate vera, alia determinate falsa; sed ut non possint esse simul veræ, & simul falsæ. Si ratio igitur contradictionis stat in hoc, quomodo nosse poterit Deus futura libera contingentia in propositionibus contradictoriis, quæ de iis efformari possunt?

Ratio altera est hæc: si certa, & infallibilis cognitio haberi posset futurorum ex vi legis contradictionis, possemus nos etiam cognoscere infallibiliter futura; cum & nos legem hæc contradictionis cognoscimus. Quis porro hoc dixerit unquam?

Adderem etiam. Hoc Suarezii Systema ab ipso, ejusque Sodalibus confictum ad hominum libertatem tuendam servandamque, lædere eam potius, & penitus de medio tollere: nam si futura cognoscantur ex lege contradictionum, non erunt futura libere, sed necessario: quod enim est futurum ex principio necessario, necessarium futurum erit; contradictio autem est aliquid necessarium, ut patet per se se. Systema itaque illud Suarezii lædit potius, quam tueatur hominis libertatem.

Quod porro opponit Suarez, D. Thomam sæpius affirmasse ex duabus propositionibus contradictoriis unam esse determinate veram, aliam esse determinate falsam; id dictum non est pro omni signo rationis, quo efformari possunt propositiones contradictoriæ; sed pro signo subsequente Divinum decretum. Ad id vero, quod una sit determinate vera, alia determinate falsa, repono, hoc non ex lege contradictionum, sed ex Dei decreto contingere.

Erit fortasse, qui dicat, propositionem hanc *Petrus convertetur* quocumque signo antecedente decretum habere suam veritatem; quia continget, Petrum converti: unde propositio illa veritatem habet quocumque signo rationis.

Repono ego: habebit quidem esse verum, non ratione præcedentiæ ad divinum Decretum, sed potius ratione subsequentiæ ad ipsam; proindeque, si ea propositio formetur *Petrus convertetur* ante Decretum Dei, non est vera.

Erit etiam, qui objiciat: in signo rationis antecedente decretum, propositio negativa semper est vera; puta propositio hæc *Antichristus non erit*, ante

ante decretum Divine Voluntatis vera est, quia verum est dicere *Antichristus non erit*, si non erit id, per quod Antichristus existere potest.

At hæc arguta mera est: ut vera sit propositio ista *Antichristus non erit*, necesse solum non est dicere *Antichristus non erit*, si non est id (hoc est decretum Dei) per quod *Antichristus non potest esse*; sed si non erit tale decretum, dicatur oportet, ut ejusmodi propositio in illo signo rationis vera sit.

Itaque concludendum est nobis, quod res sit futura, & a Deo noscatur, non oritur ex contradictione propositionum, nec ex veritate objectiva; sed ex eo, quod ex æternitate fit decretum aliquod, quod in tali esse constituitur.

Neque opponere juvat: si idcirco res sunt futura, quia supponitur decretum Dei præexistens, hominis libertas penitus læderetur; nam ut ait S. Anselmus, *lib. 1. cur Deus homo cap. 18.* omnis suppositio antecedens, quæ non oritur a voluntate, & electione voluntatis, tollit libertatem: Porro suppositio præcedens decreti non est ab hominis voluntate, nec oritur ex electione voluntatis humane; libertas itaque tolleretur ex hoc, quod ob præcedens decretum res essent futura.

Lepide vero: omnis suppositio antecedens, quæ non oritur ex voluntate, seu ex electione voluntatis tollit libertatem, si orta sit ex aliqua causa particulari; si vero orta sit ex causa, quæ fons & origo sit libertatis, non lædit libertatem; Deus enim causa est, fons, & origo libertatis; nam ut ait D. Augustinus *lib. de corrept. & Grætia c. 14.* Deus . . . magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. Quod adeo verum est, ut apertissime pateat ex damnatione propositionis illius Petri de Rivo anno 1476., qui Philosophia Professor erat in Universitate Lovanienfi: *quidquid ex impedibili per necessariam consequentiam sequitur, hoc impedibile est, & necessarium.* Quæ propositio damnata fuit a Xisto IV. Pontifice Maximo, eamque damnationem in censura Lesii, & Amelii Lovanienfes Theologi referunt. Hæc satis dicta sint quoad Suarezii systema de futurorum contingentium Scientia, eorumque veritate Divinum Decretum antevertente. Quomobrem ad futura conditionata Sermonem convertere necesse est, ut plenam integramque Theologicæ hujusce futurorum questionis notitiam exhibeamus. Ad hujus itaque intelligentiam difficultatis sciendum est, futura libera Sacris in Litteris non omnia ejusdem conditionis esse. Alia enim dicuntur absoluta, alia conditionata. Prima illa sunt, quæ futura sunt nulla posita conditione: conditionata illa, quibus conditiones appositæ sunt. De primis jam satis diximus, de secundis itaque superest disceptandum; quariturque, an Deus habeat hujusmodi futurorum conditionatorum certam Scientiam.

Futura hæc conditionata varia Sacris in Litteris pronuntiantur. Primum est Matthæi *cap. 11.* ubi pronuntiat Christus futurum esse, ut Tyrii, & Sidones converterentur, si facta fuissent miracula, quæ in Judæa a Christo Domino patrata fuere, hoc est, in Corozaim, & Bethsaida: *Ve tibi Corozaim! Ve tibi Bethsaida! quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent.*

Alterum est *lib. 4. Reg. cap. 13.* ubi Propheta Eliseus ita alloquitur Regem Israelis: *si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem.*

Tertium legitur *lib. 3. Reg. cap. 11.* ubi parimodo Propheta pronuntiat, Israelitas corrumpentibus super Tom. IV.

pendos fore ex confortio Filiarum Gentilium, si eas ducerent in uxores: *non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredietur ad vestras; certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos eorum.*

Quartum futurum habetur in *Psalmo 131.* ubi Deus portendit fore, ut Filii David usque in ævum occupaturi sint solum: *si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos: & filii eorum usque in seculum, sedebunt super Sedem tuam.*

Gregorius de Valentia, infelix Grætiæ Moliniana Martyr, in celeberrimis Congregationibus de Auxiliis *disp. 45.* coram Clemente VIII. ostendit, non habere Deum de his futuris nisi conjecturalem quandam notionem; quæ de re a Sapientissimis Consultoribus damnata fuit. Unde opera pretium est demonstrare, Deum non modo conjecturalem, sed omnino certam, & infallibilem de futuris conditionatis scientiam habere. Unde porro id habemus? Primo, quia hujusmodi futura declarata sunt in Scriptura Spiritu prophætico; spiritus autem iste prophæticus non est subdubius, versatilis, incertus, conjecturalis; sed certus, & indubitatus, quia est emanatio Divinae Scientiæ. Si ergo Deus, imo Prophætæ spiritu prophætico pronuntiantur, necessario concludendum est, certam habuisse notionem, alias pessimum iret vis prophætica. Sacris item in Litteris hæc futura quandoque pronuntiantur, tanquam futura certissime; ergo nequit habere Deus de hisce futuris conjecturalem notionem, sed certissimam, indubitamque. Dum pronuntiat Deus futurum esse, ut Judæi corrumpere, si filias Gentilium ducerent in uxores: *non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredietur ad vestras: certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos eorum: videtis, futurum hoc a Deo certissime pronuntiatum. Futura itidem ista a Deo legitur quandoque sub juramento Sacris in Litteris declarata. Juramentum porro de re cognita fieri solet. Certissime Deus declaravit, futurum esse, ut posteri David regnum ipsius in æternum occuparent: *Juravit Dominus exercituum, dicens (Isaie 14.) Si non ut putavi in ære erit, & quomodo mente tractavi, sic eveniet, ut conteram Assyrium in terra mea.* Concludendum est igitur non conjecturaliter, sed certissime Deum futura ista cognoscere. Et hoc adeo verum, ut D. etiam Augustinus notitiam, quam de futuris hisce habet Deus, tanquam certissimam noverit *lib. de dono perseverantiæ cap. 9.* ubi expendens futuram illam Tyriorum, & Sidoniorum conversionem, si illæ apud eos factæ essent virtutes, quæ apud Corozaitas & Bethsaitas factæ fuerunt, a nullo dubitari posse fidenter pronuntiat, visis illis virtutibus non esse convertendos, cum Christus certissime adpromiserit: *Sed nunquid possumus dicere etiam Syrios, & Sidonios, talibus apud se virtutibus factis, credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent? cum eis ipse Dominus attestetur, quod acturi essent magne humilitatis penitentiam, si in eis factæ essent divinarum illa signa virtutum.**

Unum tamen est, quod facum aliquid præferre videtur. Quandoque in Scripturis futura illa perlegimus verbis dubitationem significantibus: V. G. postquam Matthæi habetur *cap. 11.* *si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, Christus eodem in loco subjungit: forte mansissent usque in hanc diem.*

Hanc tamen argutiam occupavit in antecessum D. Hieronymus: Observavit SS. Doctor, verbum illud forte in ore Dei non significasse dubitationem, sed libertatem viri futurum illud adimpleturi: super caput enim 26. *Jeremiæ hæc habet: Ver-*

Verbum ambiguum (forſitan) Majestati Domini non poteſt convenire, ſed noſtro loquitur affectu: ut liberum homini ſervetur arbitrium. Et talis dicendi forma ſæpenumero legitur Sacris in Litteris: Joannis 8. ſi me ſciveris, forſitan & Patrem meum ſciveris. Unde To forſitan non eſt vocabulum in hoc ſenſu dubitationis; nam qui ſcit Filium, & Patrem ſcire neceſſum eſt; ſed denotat tantum To forſitan, Judæos Patrem libere cognituros, ſi Filium cognoverent. Habetur etiam Deus alloquens Mulierem Samaritanam ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. Joan. 4. v. 10. Unde videtur verbum forſitan in ore Dei non dubitationem, ſed hominis libertatem denotare, aut ſi quæ alia hujusmodi in Scripturis verba legantur.

Alterum tamen eſt, quod hæc in parte negotium caſſit; nempe, quod D. Auguſtinus lib. de prædeſtinatione Sancti, cap. 14. explicans illud Sapient. 4. de puero, qui, ut ait Sapiens, Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus, ait: diſtum eſt enim ſecundum pericula vite hujus, non ſecundum præſcientiam Dei, qui hoc præſcivit; quod futurum erat, non quod futurum non erat: ex quo inferunt, non habere Deum, niſi conjecturalem tantum iſtorum futurorum notionem.

At hæc conſequutio eſt omnino ſpuria. Eo in loco Auguſtinus non ait, notitiam non habuiſſe Deum lapſus illius pueri, ſi ad adultam ætatem perveniſſet; ſed futurum illud declaraviſſe ratione periculorum hujus ſæculi. Contingit enim, Deum habere certam notitiam futurorum non ſemper ea prænuſſe ſecundum certitudinem, quam habet ex vi decreti, ſed ſecundum diſpoſitiones cauſarum ſecundarum; ut habetur in Prophetia Iſaie cap. 28. ad Regem Ezechiam: diſpone domui tue, quia morieris tu, & non vives. nec tamen obiit; namque adjecit ei Dominus ſuper dies ſuos quindecim annos vite: id enim prænuſſe ſecundum diſpoſitionem cauſarum ſecundarum, non ex vi certæ notionis ſuæ. Hoc ipſum patet ex illa prophetia Jonæ cap. 3. ad hunc quadrageſimam diem, & Ninive ſubvertetur: cum tamen Ninive ſubverſa minime fuerit poſt dies quadraginta. Hoc autem ideo, quia prænuſſe id ſuit, ſpectata civium improbitate, ex qua ſecutura erat ſubverſio attenda Dei vindictis ira. Quare videtur, Deum futurum hoc non declaraviſſe ex infallibili, quam habebat, notitia, ſed ſecundum illius ſæculi corruptelam, quæ utique ſubverſionem promerebatur.

Jam ergo poſito, ſtatutoque dogmate certæ de futuris hiſce Scientiæ, quærendum eſt nobis, per quam Scientiam Deus futura hæc conditionata cognoscat. Contendunt multi Theologi, per Scientiam viſionis id fieri, multi per Scientiam ſimplicis Intelligentiæ; Recentes vero Theologi, per Scientiam Mediã; de qua fermo nobis in Præſeptione futura.

## PRÆLECTIO IV.

Quid ſit, & a quibus excogitata Scientia Mediã; & quid de ea ſenſerit Auguſtinus, exponitur.

**L**abirinum ingredior hodie intricatiſſimum, dum de Scientia Mediã ſermonem inſtituo, a quo ut emergere faciliſſimum ſit, tria ſunt nobis exponenda: Primo; quid Theologi intelligant nominã Scientiæ Mediã. Secundo; quandonã;

& quinã primo in catholicis Scholis eam invenerit. Tertio; quid de hac ſenſerit Auguſtinus. Quæ tria ubi ſemel erunt a nobis explanata, ultra non erit, quod a nobis deſiderari poterit.

Hæc igitur Scientia Mediã eſt certa Dei cognitio futurorum liberorum conditionatorum independenter a quocumque decreto, ita ut Deus in æternitate nullo ſtatuto decreto præſciverit futurorum conſenſum liberi arbitrii. Quæ conſecutiones ex hac fatales deriventur, nemo non videt. Exterminium Gratiæ efficaciæ hæc admiſſa Scientiã vitari nequit; nam cum Gratiã efficaciã dari nequeat niſi poſito, ſtatutoque decreto, ſtat, quod hæc Scientiã Mediã de medio tollat Gratiã efficaciã; dein ſi ponamus, hominem conſenſum Gratiæ nullo poſito, ſtatutoque decreto, Gratiã non efficaciã conſentit, ſed verſatili: & en quam fatalis ſit.

Notandum itaque, Mediã ideo appellatã eſſe Scientiam, quia Mediã eſt inter Scientiam ſimplicis intelligentiã, & Scientiam viſionis. Per Scientiam enim ſimplicis intelligentiã noſcit omnia poſſibilia; Per Scientiam viſionis noſcit omnia exiſtentia per quãdam temporis circumſtantias. Per Scientiam Mediã intelligit Deus futura non absolute, ſed ſub conditione.

Quandonã vero, & quinã primo poſt Semipelagianos hæc in catholicis Scholis invenerit, ſuperest, ut dicamus. Quocirca notandum velim, Beatiffimum virum Ignatium celeberrimã Societatis Inſtitutorem, S. Thomã doctrinã ſtrenuiſſimum ſecutorem fuiſſe, adeo ut, ne unquam ſeclandã Thomiſticã doctrinã zelum, quo vivendo flagrabat, a ſuis deſicere poſſet, ſancita lege conſtituit quarta Conſtitutionum parte, in Theologia legi vetus, & novum Teſtamentum, & doctrinã Scholaſticã S. Thomã. (a)

Ad ſuperos vocato Ignatio, quo ducti conſilio neſcio, tenendã Thomiſticã Doctrinã Legem, qua contra novitates omnes Vineã ſuã ſacra veluti ſepe muniverat ſacer Patens, demoliri ſenſim aggreſſi ſunt Filii.

Anno ſiquidem 1558. in ea percelebri Congregatione, qua communibus votis ad ſupremã Societatis Præſedurã Didacus Laynes S. Ignatio ſuffectus eſt, ſtatuta Thomiſticã tenendã doctrinã lex ſpecificã interpretationis obtentu accommodatoris, utilioriſque Theologiæ edendæ, conculſa eſt. Ita quippe ſtatutum legitur: In Theologia legatur vetus, & novum Teſtamentum & Doctrina Scholaſtica D. Thomã. Perlegetur etiam Magiſter Sententiarum. Sed ſi videretur, (notate verba) temporis decurſu alius Auctor ſtudentibus utilior futurus, ut ſi aliqua ſumma vel liber Theologiæ Scholaſticæ conſcriberetur, qui his noſtris temporibus accommodatior videretur, gravi cum conſilio, & rebus diligenter expenſis per viros, qui in univerſa Societate apertiſſimi exiſtuntur, cumque Præpoſiti Generalis approbatione, perlegi poterit. Hinc nova orta conſeſſim opinandi licentia.

Quin & illud addiderim: ut hæc accommodatioris, utilioriſque edendæ Theologiæ ſtatutam legem perennaret, arduum ſane opus, conſpirantibus omnium nationum ſelectis Theologis, P. Claudius Aquaviva Generalis Societatis Præpoſitus tentavit anno 1584. Romam enim addidit ex Hispania Joannem Azorium, Gaſparum Gonzales e Luſitania, Jacobum Tirium e Gallia, ex Aultria Petrum Bezeum, Antonium Guifanum e Germania, ut collatis cum Stephano Tuecio Italo conſiliis, librum de ratione ſtudioſorum ederent, qui rejiciendarum, tenendarumve S. Thomã opinio-

nam inſtar Canonis haberetur. Præconceptus itaque ſtudioſorum liber ſequenti anno in ſocietate vulgari caput, ac demum eo elapſo, Dometiſticis typis Romã prodiit anno 1586. Inter præſcriptas ibi Theologiæ Profeſſoribus regulas, (notate quaſo) hæc ordine quinta legitur: In Theologia Doctrinã S. Thomã, ut caretur 4. parte Conſtitutionum, noſtri ſequantur, paucis exceptis: Tum quæ ſint pauca illa, declaratur: Noſtri itaque non cogantur defendere, quæ ſequuntur. . . . ſecundas cauſas eſſe proprie, ac univoce instrumenta Dei; & cum operantur, Deum ipſas illas primum inſuere, aut eas movere.

Et en cur anno 1588. nova quidem vulgaret Molina. At Scientiam Mediã Doctrinã ſuã caput, & corpus anni ante hæc triginta & menſe concepiſſe, & in Scholaſticis diſputationibus ſub Scientiã naturalis nomine ſe propugnãſſe, profeſſus eſt. Quod etiam in cauſa fuit, cur Fonſeca ſum illam metaphyſicã novitatibus famoſam ederet anno 1596. Verum alta illa Scientiã Mediã myſteria ſibi ab ipſa Molinã conſeſſione, dein iſdem Auguſtini momentis. Auguſtinum, veluti tenebris neſcio quibus immerſum ſeſſive, ac petulantur excipit nova luce perſuſus homo 1. p. 4. 23. artic. 4. diſp. 1. memb. 6. ubi cum ſtatuiſſet, vocationem ad Gratiã ex conſideratione uſus liberi arbitrii factã eſſe, ut rigoris atque duritiem, ut ait, Prædeſtinationis omnia gratuita emoliret, hominumque animos piene ſedare, de S. Auguſtino ita ſubjungit: Interim vero dum ſub ea quaſi caligine D. Auguſtinus, ad hoc non attendit, eam ſcilicet Prædeſtinationis duritiem amovendam; quam ſi S. Doctor, ut ipſe quidem autumat, obſervaviſſet, vocationem ex præſcientia uſus liberi arbitrii factã eſſe, ſine dubio pronunciaſſet.

Quid de hæc ſenſerit Auguſtinus, quod altera aſſerti noſtri pars eſt, nunc paucis exponam. Certiſſimum eſt, Scientiam Mediã ſeu præſcientiam futurorum eſſe remotiſſimã a mente D. Auguſtini, quinimo toto Cælo ab ipſa diſceſſiſſe. Hoc demonſtro primum ex ipſa Molinã conſeſſione, dein iſdem Auguſtini momentis. Auguſtinum, veluti tenebris neſcio quibus immerſum ſeſſive, ac petulantur excipit nova luce perſuſus homo 1. p. 4. 23. artic. 4. diſp. 1. memb. 6. ubi cum ſtatuiſſet, vocationem ad Gratiã ex conſideratione uſus liberi arbitrii factã eſſe, ut rigoris atque duritiem, ut ait, Prædeſtinationis omnia gratuita emoliret, hominumque animos piene ſedare, de S. Auguſtino ita ſubjungit: Interim vero dum ſub ea quaſi caligine D. Auguſtinus, ad hoc non attendit, eam ſcilicet Prædeſtinationis duritiem amovendam; quam ſi S. Doctor, ut ipſe quidem autumat, obſervaviſſet, vocationem ex præſcientia uſus liberi arbitrii factã eſſe, ſine dubio pronunciaſſet.

Fuere, qui, Societatem priora illa verba in Auguſtinum, totamque Eccleſiam adeo contumelioſa e poſterioribus Molinã editionibus expunxiſſe, dicerent. Id Vincentius Baronius admodum exaggeravit, ſuique nominis auctoritate traxit incautos. At aſſictæ ſibi fraternæ charitati interceſſere, nec ſine ſtomacho, Ferrerius, Gabriel Henao, cæterique plures Societatis Athletæ.

Ea de re ſibimet gratularur ac plaudit eodem in loco vanus homo poſt explicatos Minervæ conatus: ut vix nuperi Erratorum emendatoris audaciã ſatis capiam, qui nos ea parte calumniã poſtulat, & Concordiã librum nuſquam a nobis evolutum exprobat: Nos, inquit, pro tenuitate noſtra, rationem totam conciliandi libertatem arbitrii cum Divina Gratiã, præſcientiã, & prædeſtinatione ſvadidimus, ſequentiſque principiis, ex quibus eam deduximus, quæque variis in locis tradidimus, in niti judicavimus. Quo ſi data, explanataque ſemper fuiſſent, forte neque Pelagiana hæreſis fuiſſet eorũ. . . . neque ex Auguſtini opinione, concervationiſque cum Pelagianis, tot fideles fuiſſent turbati, ad Pelagianosque deſeciſſent; facileque reliquie ille Pelagianorum in Gallia, quarum in epistolis Proſperi, & Hilarii ſit mentio, fuiſſent extinctæ. Hæc de Auguſtino, Molina. Quæ ſane verba reſpicientes Theologi Salmanticenſes, ita ſcripſerunt: Aſverſum ſibi Auguſtinum ingomne ſuſſus

Serry Tam. IV.

eſt primus ille, ut ipſo credit Scientiã Mediã Patronus Molina in ſua prima CONCORDIA Uliſſipone typis mandata: quavis poſtea experimento certens, quantum inde ſue ſententiæ præjudicium ſequeretur, id in Lugdunenſi impreſſione ſubſcribit.

Quam tamen editionem Lugdunenſem nullam ibi vivente Molinã curatã novi, niſi quæ ex officina Buiſſonii Anno 1593. prodiit: at hæc, uti & altera apud Proſtrum anno 1622. curata, eandem cum Uliſſiponenſi lectionem retinent: adeo ut neſciam unde ea aberratio fluxerit.

Quem ſane loquendi modum, adeo Auguſtino injurioſum perpendens & Bellarminus e Societate Cardinalis, ita lib. 1. de Gratiã & libero arbitrio cap. 12. de Molinã ſententiã pronunciaſſe. Hæc opinio aliena eſt omnino a ſententiã B. Auguſtini, & quantum ego exiſtimo a ſententiã etiam Scripturarum Divinarum. Quod multis ejuſdem S. Doctoris testimoniis, & variis utriuſque Teſtamenti locis adſtruit.

Quid plura? Henricus Henriquez Theologus & ipſe e Societate præſtantiffimus, Franciſci Suarezii Magiſter, Salmanticenſis Cathedræ Moderato, ut erat in Patrum, ac poſtiſſimum Auguſtini Doctrinã apprime verſatus, Molinã de Auguſtini Doctrinã minus æque ſententiã palam ſe, & conſtanter oppoſuit, eumque ob petulantem audaciã ſæpius interpellavit, moleſte ſerens, quod ſi ſua ſe induſtria obtinuiſſe jaclaret, quod & Auguſtinus in calligine poſitus non attendit. Nec verbis id ſolum tentavit Henriquez, ſed publicis ſcriptis; neque veritus eſt in ſuo Tractatu ingeniouſo quidem & erudito de ultimo ſine hominis, Molinã reprehendere anno 1593. quo ſuum opus prælo dedit.

Præter quam quod, ut fatear quod vere reſ eſt, mirra id minime uſum fuit, dum mihi legere contigit, tum Plauſtrum illud conviciorum, quo S. Doctorem onerantur tot Moliniana Scholæ Antiliſites, & præſertim Joannes Adamus in libro Gallice inſcripto. Calvin deſait par ſoi-même & par les armes de S. Auguſtin, qu'il avoit injuſtamente uſurpées ſur les matières de la Grâce, de la Liberté & de la Prædeſtination: Tum illas vigintiduo propoſitiones quorundam obſcuri nominis Scriptorum, quas Valliſoletana Hiſpaniarum Inquiſitio conſixit die 28. Martii Anno 1650. ut injurioſas Sanctitati, Pietati, & Doctrinæ unius Columnæ Eccleſiæ Catholice, qualis eſt gloriouſus Pater Auguſtinus.

Seq ad poſitiva momenta conſugiamus, quibus convinci a nobis poſſit, D. Auguſtinum non modo ſcientiam Mediã non agnoviſſe, ſed omnimode reprobaſſe.

Primum igitur momentum petamus ex hiſce illius ſententiis, quæ futura ſola eorumdem prædeſtinatione, atque decreto ſciri conſtantiffime docet. Lib. de Prædeſtinatione Sanctorum cap. 9. Cum Semipelagianos illud arroderet animadvertet Auguſtinus quod libro de ſex queſtionibus Paſſanorum ſcripſerat queſt. 2. Tunc voluiſſe boniſſimus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari Doctrinã ſuã, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri: quaſi hæc illam ſcientiam decretum omne avertemtem, futuriſque conſenſus exploratricem admiſiſſet, difficultatem, hoc brevi reſponſo occupat: certis, me ſine præjudicio laentis conſilii Dei, aliarumque cauſarum, hoc de præſcientiã Chriſti dicere voluiſſe? Quibus ſatis innuit, nullam ſe iſtiusmodi Scientiam agnoviſſe; ſed eam duntaxat, quæ latent Divinæ Voluntatis conſilio ſubnixã ſit.

Suffragantur & alia SS. Doctoris apertiſſima testimoniã, ſumpta ex eodem libro 1. cap. 16. ubi

(a) De Ponte in Vita S. Ignatii, Balth. Alvarez c. 2. cap. 14.

ubi hæc habet: *Prædestinatione sua Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus. Tum cap. 17. An forte nec ipsa dicuntur prædestinata? Ergo nec datur a Deo, aut ea se daturum esse nescivit. Quod si & datur, & ea se daturum esse præscivit, profecto prædestinavit. . . . Si nulla est prædestinatio, quam defendimus, non præsciuntur a Deo: præsciuntur autem: hæc est igitur prædestinatio, quam defendimus. Ac demum Cap. 18. Deum prædestinasse est, hoc præscisse quod fuerat ipse facturus. Tract. 68. in Joannem: Ecce ergo ea (futura) prædestinando, facturus est operando. Quæ omnia istis ferme verbis leguntur lib. de Dono Personarum Capp. 17. 18.*

Si qua igitur futurorum scientia in decretis edendis regitur Deus, non illa utique, secundum Augustinum, quæ Decretum quodcumque prævolat, sed sua quoque decreto subnixæ est. Quod ni ponatur, non futura sub conditione res erit, sed mere possibilis reputabitur.

Multa itidem asseri possent, quæ tamen silentio prætermittit. Hoc unum scire juvat, quod tamen Ludovicus Molina, ejusque sodales usque ad tempora Clementis VIII. longe ab Augustino distarent; tamen cum Pontifex iste primus omnium, statuerit, ut falsitas istius sententiæ expendatur, mutarunt loquelam boni Patres, & dixerunt esse de mente Augustini: unde factum est, ut in sacris Congregationibus varia diverticula excogitarent, ut ostenderent, de Augustini mente fuisse, & nupiam hanc Augustinum repudiasset. Ut tamen id evincant, multa congerunt S. Doctoris testimonia; quibus elucidandis muneris nostri, & instituta disputationis ratio compellit.

Primum momentum petunt tum ex eo Sapientis effato: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus; tum ex altero Christi oraculo, Matth. 24. Nisi breviter fuissent dies illi, non fieret salva civitas caro: sed propter electos, breviantur dies illi. Utrumque ex Dei præscientia dictum obtendunt Theologi Moliniani, qua & futuram pueri, si diutius viveret, corruptionem, & futurum electorum, si persecutionis tempus produceretur, errorem certo prævidere.*

At longe aliter quam Augustinus, imo ex directo contra Augustini mentem exponunt. Contra ex diametro loquitur Sanctissimus Doctor libro de *Prædestinatione Sanctorum cap. 14. Hæc est tota causa cur dictum est, a quocumque sit dictum, raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, dictum est enim secundum pericula vite hujus, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat. . . . id est quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentationum subtraheretur incerto; non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentationibus non esset. Qua loquendi ratione significat Augustinus, Deum pueri immatura ætate prærepti peccatum, ut futurum, si diutius viveret, minime cognovisset, sed solis spectatis sæculi periculis teneram animulam futuris tentationibus subduxisse. Quod idem postremæ perfectionis tempore sentiendum.*

At demus hoc totum, quod volunt Moliniani: Ad Scientiam Mediam confugere non est opus, qua isthæc nec dum edito Decreto prævidere. Satis Deo erit Scientia immoto decreto nixa, quam *visionis* Theologorum vulgus appellat. Eodem quippe Decreto, quo Deus perseverantiæ donum ad certum vite tempus puero largiri constituit, eum, si diutius viveret, & vitiatæ nature infirmitati relinqueretur, tentationum impulsu vincendum certissime novit. Non absimiliter, quo Decreto statuit Deus Electis Antichristi tempore victuris auxilium efficax impartiri, ad tot talesve duntaxat tentationes superandas, hoc ipso novit

haud dubie, illos, si plures majoresve tentationes ingruerent, esse casuros.

Extat aliud ab his quæsitum suffragium. Ajunt enim, Augustinum negantem præscientiam ante Decretum, non negasse omnimode Scientiam Mediam, sed abusum Scientiæ Mediæ, in quem soliti erant incidere Semipelagiani; nam hi dum dicebant, Deum ante quodcumque decretum ea, quæ futura sunt, prævidere, dicebant, ea futura motivum esse Divinæ Voluntatis ad alios reprobandos, ad alios prædestinandos. En abusus Semipelagianorum, qui non modo tuebantur Scientiam Mediam, sed Deum ex hac moveri ad aliorum reprobationem, aliorumque prædestinationem dicebant; ex quo inferunt non reprobasse Augustinum Scientiam Mediam, sed abusum Scientiæ Mediæ.

Verum est hæc pèda cavillatio. Attendant quæso & videbant, Augustinum negasse, quod Deus ante Decretum prævidere; unde patet, non abusum duntaxat, sed & usum Scientiæ Mediæ data opera confutasse. Sed Theologos Salmanticenses, Lemosium, Alvarezium Gonetum, Juvenium, Massoulium adeat quicquid eo delectatur argumento. Facebant ergo nugaces, & cavillosi circulatores.

Unum superest desperatæ causæ præsidium, quo se recipere ut plurimum solent, dum hæc acutis telis petuntur: negare nempe Augustinum prædestinationem dependentem a Scientia bonorum operum eliciendorum ex viribus naturæ, non eliciendorum ex ope Gratiæ: unde ajunt; cum prædestinatio non fiat intuitu bonorum operum naturalium, sed operum, quæ oriuntur ex Gratiâ, ideo concludunt, in hypothese Semipelagianorum Scientiam Mediam Augustinum impugnasse.

At bona venia dico, ipsos non intelligere Semipelagianos. Isti non intelligebant de præscientia bonorum operum ex vi naturæ procedentium, sed ex ope Gratiæ, non quidem efficacis, sed versatilis. Hoc enim discrimen erat inter Pelagianos & Semipelagianos, quod Pelagiani volebant fieri prædestinationem ex intuitu solum operum naturalium; Semipelagiani vero, prædestinationem non ex hoc tantum fieri contendebant, sed etiam ex ope Divinæ Gratiæ.

Itaque si omnia recte componantur, videtur Augustinus opugnasse e diametro Scientiam Mediam.

Disjectis igitur, dirutisque futilibus Molinianorum momentis, quæ Augustinum in suam partem trahere nitentur; Videamus nobis esset, an D. Thomas Scientiam hanc noverit, ac sustinerit. Hoc tamen mittimus, cum nos Ludovicus Molina hoc oære sublevaverit; nam cum dixerit in sua *Concordia Divinæ Gratiæ & decretorum ad quæst. 23. art. 4. & 5. scientiam hanc omnibus Theologis ignotam esse, sequitur necessario concludendum, ignotam etiam D. Thomæ fuisse, cum & iste inter Theologos computetur.*

## PRÆLECTIO V.

*Impugnatur Scientia Mediæ rationibus Theologicis.*

Scientiam Mediam D. Augustini auctoritate factis superque impugnavimus; Eam nunc Theologicis rationibus collidere vires nostras impendamus, in quo obeundo munere non erit nobis infudandum, cum satis sit ea reperere, quæ in antecessum protulimus, dum de Scientia Dei agebamus.

Primo igitur loco, si meministis, diximus, Scientiam Mediam non esse nisi certam, & insal-

libi.

libilem Dei Scientiam futurorum liberorum conditionatorum antecederet ad quodcumque decretum; id ex confessione Molina ostendimus; Jam ex illius definitione colligo, fidenterque pronuncio, Scientiam Mediam nullam, irritam, & casam esse; quod totum hæc rationibus demonstratio.

Ubi non datur, imo est impossibile objectum alicujus Scientiæ, impossibile est ipsa Scientia; objectum porro Scientiæ Mediæ est futurum liberum conditionatum ante quodcumque decretum; Si hæc est; non datur, nec est possibile ante decretum futurum conditionatum, nam ante decretum res mere possibilis reputatur, non conditionata, cum solum decretum causa sit, per quod res a statu possibili distrahanatur; unde non datur, imo impossibile dicenda est hæc Scientia, cum non detur, nec sit possibile ipsius objectum.

Succedit momentum alterum. Futurum illud est, quod est in dispositione causarum secundarum ad habendam existentiam pro tempore futuro; id tum D. Augustini, tum D. Thomæ auctoritate probavimus. Porro antecederet ad decretum res quæcumque non sunt in dispositione causarum secundarum, cum ante decretum nulla causa censetur; nequit ergo dari hæc Scientia independentem a decreto, cum futurum nullum conditionatum ante decretum dari possit.

Accedit & aliud: Futurum est denominatio quædam realis extrinseca. Porro ante decretum nulla determinatio realis esse potest; ergo nulla futurum per consequens ante decretum dari poterit.

Docuimus etiam in antehabitis, prædestinationem certam esse non tam certitudine præscientiæ, sed etiam certitudine mediatorum; nempe certam esse non solum ex cognitione, quam habet Deus rei, sed propter certitudinem mediatorum, quibus utitur ad hominem in finem rectum reducendum; at si sic est, vacat scientia Mediæ; nam in ipsius hypothese prædestinatio esset solum certa certitudine præscientiæ, non autem mediatorum. Velint ego nolint istius defensores fateantur, nullo modo esse admittendam.

Diximus quoque, res non ideo cognosci, quia sunt, sed ideo res esse, quia a Deo cognoscuntur; nam ostendimus, eam proportionem servandam esse in Intellectu Divino, ac in Voluntate Divina; unde sicut res non ideo bonæ sunt, quia in se bonæ sunt, sed ideo bonæ sunt, quia amantur a Deo; ita res non ideo sunt, quia sunt, sed ideo sunt, quia a Deo cognoscuntur. Ex quo principio evidens est, non dari hæc Scientiam; nam in ejus hypothese ideo res cognoscuntur, quia sunt, eis esse sunt, quia cognoscuntur, cum hæc Scientia sit mere speculativa, non practica.

Alterum tandem reticere non possum longe gravius momentum, ex quo futilis esse Scientiam Mediam, nulliusque necessitatis in Deo palam aperteque apparebit; Quod enim superfluum est, nullo modo esse admittendum; at Scientiam Mediam superfluum esse, patet evidentissime ex confessione Molinianorum: nam non alia de causa necessaria eis esse videtur, quam ad faciendam decretorum concordiam cum libertate. Ad hanc porro faciendam necessariam dici nequit, nec unquam D. Augustinus, D. Thomas, ceterique Theologi ad Scientiam Mediam confugerunt, sed ad omnipotentem Dei potestatem: quinimo per Augustinum scireo Deus in prædestinandis hominibus non lædit libertatem, quia plus hanc habere in potestate Omnipotentia, quam homo, moveatque hominum voluntatem non tam secundum substantiam rei, quæ peragenda est, sed etiam

secundum modum; moveat hanc V. G. ad adum amoris, moveat non secundum substantiam, sed etiam secundum modum, qui competit homini amandi libere.

Plura addere facile fuerit; sed jam satis est probationum. Ea modo veniunt examinanda, quæ in hujusce defensionem a Moliniani in opusculum afferuntur, quæ intra breve spatium quemadmodum reselli a nobis non possunt: iccirco hoc in subsequenter exercitationem mittimus majori otio perficiendum.

## PRÆLECTIO VI.

*Molinianorum argumenta solvuntur.*

Impugnata jam Theologicis rationibus Scientia Mediæ: Quod juris & æqui ratio postulat in præsentia præstabitur; examinabimus nempe, quid bonus Mercurius Ludovico Molina ad defensionem Scientiæ Mediæ exsultavit.

Vocat nos igitur primo ad oraculum Christi Domini *Matth. cap. 11. expendendum*, ubi proficitur Christus se scire quo pacto Tyrii & Sidonii acturi essent penitentiam, si apud eos miracula facta essent, quæ apud Judæos facta fuerant. Ex quo hac inepta atque infusa argumentatione colligit ipse, dari in Deo futurorum conditionatorum Scientiam independentem a decreto: Scivit Deus eo in loco futuram Tyriorum & Sidoniorum conversionem sub ea conditione, si miracula apud eos facta fuissent, independentem a quocumque decreto; nam, ait ipse, Christus eo in loco non solum significat, se scire Tyrios & Sidonios fuisse convertendos, si apud eos miracula, quæ apud Judæos facta fuerant, perfecta fuissent; Sed etiam eo in loco objurgat Judæos, quod visis miraculis penitentiam non egissent. Si porro Deus, concludit ipse, novisset Tyrios & Sidonios medio decreto penitentiam acturos, quo se eis daturum Gratiâ spondidisset, Judæos objurgare non potuisset, nam ut quis corripit possit, qui non bene egerit, ad comparationem illius, qui bene egerit, requiritur, ut ambo fuerint in auxiliis æquales; nam qui non bene egerit dicere hoc pacto possit: *si mihi Deus dedisset eam Gratiâ, quam Tyrii & Sidonii adpromissit, ego quoque penitentiam egissem*; Itaque vel Deus præscivit futuram Tyriorum, Sidoniorumque conversionem independentem a decreto collati Gratiæ, vel injusta fuit objurgatio Judæis facta, quia non daretur paritas in auxiliis.

En potissimum momentum, quod Moliniani *lydium lapidem* vocant, ad cuius contactum veritas Scientiæ Mediæ in aperto est. Tangamus & nos lapidem istum, videamusque, an Scientia hæc argentea, vel aurea sit; vel, dicam melius, plumbea, aut lutea.

Antequam tamen huic objectioni respondeam, oportet vos monitos faciam de re observatione dignissima; nimirum idem argumentum, quo nos impetunt Moliniani Adversarii, contra ipsos posse retorqueri. Enim vero non congruunt inter sese hujusce Scientiæ defensores. Alii sunt, qui Ludovici Molina Systema purius aut impurius ebi-berunt. Alii sunt, qui ad illud Suarezii sustinendum voces, & animum converterunt. Qui primum Molina systema sustinuerunt, dicebant, Deum hominibus penitentiam agentibus dedisse Gratiâ versatilem, cujus efficacia ex libero pendet voluntatis arbitrio. Qui vero secundum Suarezii systema tueri conati sunt, dixerunt, eos, qui re ipsa convertuntur, non habere tantum Gratiâ sufficientem, & versatilem, sed congruam, temperatam genio, & delectationi voluntatis.

Quo

Quo posito, dico ego, tali pacto contra eos posse argumentum retorqueri, qui Suesii systema sustinuerunt.

Judei, qui conversi non sunt visis miraculis, non fuerunt pares Tyrii & Sidonii; quia Tyrii & Sidonii habuerunt Gratias idoneas, congruas, temperatas genio, & delectationi suae voluntatis: Corozaitae vero, & Bethsaida Gratias habuerunt incongruas, non temperatas genio, & delectationi suae voluntatis. Unde reponi posset, eos nequaquam pares in auxiliis fuisse; proindeque a Deo corripiti non potuisse, quia excusationem hanc habuissent: si nobis dedisset Deus Gratias, quas sponderat Tyrii & Sidoniis, nos conversi essemus; cum eas tamen non dederit, ideo conversi non sumus. Alio etiam ex capite pares non fuerunt Judaei; quia nempe Tyrii & Sidonii collata fuissent Gratias in debitis circumstantiis, & per hoc Tyrii & Sidonii convertendi erant; ex quo itidem capite, persequens non videt, Judaeos quoque excusationem petendere posse? Videte ergo prima fronte, quam futile ac cassum sit hoc Molinianorum Momentum. Ad propositum itaque Argumentum repono ego: ut quis iuste corripitur exemplo alterius, debent quidem esse pares in auxiliis sufficientibus, quae dant posse bene agere; necesse tamen non est, ut in efficacibus pares sint, quae dant re ipsa bonum agere, unde qui habet posse bonum agere, & non agit, corripitur potest.

Urgent nihiloscilicet Moliniani contra hoc: ut quis recte corripitur, debet posse bene agere eo modo, quo obligatur ad bene agendum, atque obligantur homines non ad posse bene agere, sed ad re ipsa bene agendum: ergo habere debent non tam auxilia sufficientia, quae dant posse, sed etiam efficaciam, ut corripiantur.

At hoc iudicium profus est, ac desperatae causae apertissimum suffragium: nam qui donati sunt Gratias solummodo sufficientibus, etsi non habeant possibilitatem in actu secundo bene agendi, hoc est exercendi actum secundum bonae operationis; nihilominus iuste corripitur possunt, quia ea possibilitate carent ex sua pravitate, ex maiori duritie, & propria iniquitate. Plane contigit occasione Tyriorum, & Sidoniorum; Judaei enim magis erant reluctantes voluntati Divinae, quam Tyrii, & Sidonii; ideoque quod Gratia eis data non sit, revocatur in culpam suam, proindeque corripitur non immerito poterunt.

Alii etiam ad argumentum reponi posset. Nimirum Deum praevidisse Tyrios poenitentiam acturos, minime vero Judaeos, in eo Decreto, quo iis Gratiam efficacem conferre, iis negare stituerat. At quid inde? Num propterea oburgare istos compasate ad illos iuste non poterat Christus? Minime gentium. Oburgatio siquidem illa indirecte duntaxat, ac veluti ex consequenti ad poenitentiam referenda est; proprie vero, & directe refertur ad contemptum illum Signorum a Christo Domino patrorum, quem Judaei proteverunt, & per summam injuriam iniquissime exercuerunt; quod Tyrii, & Sidonii, ex se minus proteverunt, minime praestiterunt, etiam absque ullo speciali supernaturalis Gratiae adiutorio; cum naturale sit homini prodigia admirari, illorumque patrorum, quasi supra hominum conditionem electos, obsequiis prosequi, ac venerari: uti perspicuum fit in Populo Lytrae (Act. 14.) qui viso miraculo claudi sanati, Paulum, & Barnabam Deos appellare cepit, usque Sacrificia parare; quod certe ex Gratia Dei minime peragebat; cum Gratia movere homines nequeat ad actum idololatriae perpetrandum. Vidit itaque Christus Dominus Judaeos poenitentiam minime acturos, in De-

creto, quo conversionis Gratiam negare illis fanciverat; sed oburgavit de obice, quem propria malitia Gratiae ipsi posuerant, quemque Tyrii, & Sidonii, sola natura ducit, cum auxiliis communibus nequaquam possident. Quamobrem profluit inutile est, ad Scientiam Mediam Decreto priorem recurrere, ut Christi Domini oburgationem Judaeis factam ab injustitia nota eximamus.

Eandem nunc probaturi Sententiam ad aliud oraculum confugiunt. Audiamus itaque. Sic illi subtiliter argumentantur: Scientia Media est Scientia futuri Conditionati, maxime futuri consensus humani arbitrii ante decretum. Porro eam praescientiam futuri consensus ante decretum declarat Apostolus in epist. ad Rom. cap. 8. ubi Praedestinationis Mysterium explicandum aggreditur. Quos praescivit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui. Ajunt ergo, novisse Deum futurum arbitrii consensus independentem a decreto. Confirmant hoc auctoritate Patrum Graecorum, S. Irenaei, S. Iuliani Martyris, S. Joannis Chrysostomi, qui agentes de vocatione Matthaei, & Pauli declarant, eos vocasse Deum, quando eos praevenerat consensus & credituros; igitur ante decretum quodcumque Matthaeum, & Paulum praescivit Deum, consensus, & credituros.

Non est tamen difficile utrumque fellere. Quod ad primum attinet, nempe decantatum illud Apostoli Oraculum, Doctoris Angelici observationem asserere sat est: nimirum Apostolum ea loquendi formula non designasse duos actus divinos, quorum unus sit praesentia, alter praedestinatio; sed duo munera ejusdem simplicissimi actus, qui quidem actus & praescit & praedestinavit; & pro ut refertur ad notitiam, dicitur praesentia; & pro ut refertur ad decretum, praedestinatio appellatur.

Quod vero attinet ad Graecorum Patrum auctoritatem, maxime D. Joannis Chrysostomi, respondeo, Deum vocasse Matthaeum, & Paulum, quando praevenerat consensus, & credituros; non jam notitia mere speculativa; sed eos vocasse, quando noverat notitia practica consensus, & credituros, notitia videlicet praedestinatrice.

Plura addere hucusque dictis facile fuerit; sed cum aliis in locis hoc idem argumenti genus pertractavimus, & sumus adhuc pertractaturi, praefertim vero in tractationibus de Divina Gratia, & de Praedestinatione gratuita Sanctorum, ideo satis esse impraesentiarum ducimus. In sequenti vero de Divinis Ideis aliqua praelibabimus.

#### PRÆLECTIO VII.

*Divina Idea quid sint; & num in Deo admittenda, & quo pacto, explicatur, asseritur; tandem Platonis error refellitur.*

**H**abita de Divina Scientia Theologica disputatione, postremam manum imponere necessum est Traditioni de Divinis Ideis; nam sicuti Scientia Dei causa est effectiva rerum; Idea Divina est veluti exemplar, ex quo Deus ad extra operatur. Idea igitur nihil aliud dicitur esse, quam forma, seu imago intellectui objecta intra ipsum existens, ad quam respiciens Artifex operatur: sic V. G. Idea Pictoris illa est, ad quam respiciens Pictor, in tela pingit effigiem. Ita Divina Idea forma illa est, juxta quam Deus omnia operatur ad extra; & nihil est aliud, quam divina essentia, quatenus est imitabilis a creaturis. Hac tamen in parte Platonis error seponendus est, qui primus omnium has ideas induxit, sed pravo & erroneo sensu. Fixit hic Ideas in Deo veluti extra intellectum existentes, & per se subsistentes; quinimo ultra progrediebatur, dicendo, Ideas Di-

vinas

vinas a mente Dei effluxisse in mentem Angelicam, ex Angelica in animam universalem Mundi, ex anima universali Mundi in formas Caelorum; & ex hoc obortus fuit error, caelestia corpora esse animata. Qui adeo ineptus ipsimet Gentilibus visus fuit, ut cum eas Aristoteles perpenderit, dixerit: *Valent Platonis Ideas, quia nihil sunt, aut monstra sunt.* Hic igitur quaerendum accedit, num ideae istae, Christiano tamen modo acceptae, ad quarum exemplar Deus considerit Universum, in Deo admittendae sint. D. Thomas 1. part. quest. 16. art. 1. ait: ideas necessario ponendas esse in mente Divina, quinimo ex ipsis Fidei principii comperimus Ideas esse admittendas. Unde hoc habemus? ex duplici Scripturae Oraculo: ex epistola ad Hebraeos cap. 11. *Fide intelligimus, apta esse scula Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent:* hoc est erant in Deo invisibilia. Joann. cap. 1. *Evangelii ubi de creatione Mundi loquens: quod factum est, inquit, in ipso vita erat, nempe ex aeternitate vita erat; Quomodo ergo erat? Repraesentative; quatenus essentia Divina repraesentabat Divinae suae menti omnia futura; & certe Patres omnes Ideas illas tamquam summa Fidei capita in Deo noverunt. Has declaravit inter alios Boetius lib. 3. de Consolatione metro 9. his verbis.*

*Tu cuncta supero*

*Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimum ipse Mundum mente gerens, similique imagine formans, Perspectaque iubens perfectum absolovere partes.*

Quibus etiam duplex ratio addi potest ex Angelico Doctore desumpta. Primo: qualibet causa intellectualis debet praeterire effectum spiritualiter; sed Deus est causa intellectualis; ergo debet spiritualiter effectum praeterire; nec alio modo potest, quam quod ideis, eo Christiano modo acceptis, creaturas repraesentantibus. Secunda ratio haec est: nisi ponerentur in Deo ideae illae repraesentantes creaturas, Deus veluti caeco modo Mundum condidisset, quemadmodum Pictor, imprudenter pinxisset, si nullam prius sibi imaginem efformasset.

Sunt nonnulli, qui Patres aliquos nobis adversantes in medium proferunt; D. Anselmum in monologio cap. 29. D. Dionysium Areopagitam lib. de Divinis nominibus cap. 7. Ajunt enim, Diony-

sum Areopagitam aperte negare, Deum cognoscere per ideas; Anselmum vero, similitudines rerum conditarum in Deo non reperire. At futilis objectio est. Dionysius enim eo in capite probat quidem, Deum non cognoscere per Ideas, sed per Ideas, quae ab iis diversae sint, quas nos exposuimus; nimirum per Ideas Platonicas. Neque ex eo sequitur, superfluum in mente Dei, quia omnia per Scientiam producit; licet enim Scientia principium sit rerum effectivum; Ideae sunt principium formale. Nec reponere juvat; si darentur in Deo haec Ideas; in Deo esset aliquid aeternum praeter Deum; nam Ideas istae sunt ipsa essentia Divina, concepta ut imitabilis a creaturis.

Quibus itaque positis varia Theologi quaerere solent; an istae Ideas multiplicentur, an vero una sit? Quare huic tali pacto respondeo. Si idea sumatur fundamentaliter, una est; cum eadem essentia sit; si vero formaliter; multiplicatur: nam hinc diversa est illa imitabilitas, quae multiplicatur; cum varie imitetur Angelus, varie imitetur homo, varie Brutum, varie arbor, & sic de reliquis.

Quaerere & alii solent, quarum rerum in Deo datur ideae? Responso in promptu est, datur in Deo Idea rerum omnium creaturarum; quia res omnes eo ipso, quod creatae sunt, varie imitantur, varie participant; quinimo datur etiam de possibilibus; quia Deus dum novit res esse possibiles, novit etiam varie posse imitari essentiam suam.

Quaerunt & alii; an in mente Patris aeterni detur Idea Filii & Spiritus Sancti? Difficultatem hanc tamquam futiliter irridet D. Thomas; nam de iis rebus solum in Deo datur Idea, quae varie participant; porro Filius, & Spiritus Sanctus non vario modo participant a Patre aeterno; igitur concludendum, in mente aeterni Patris dari non posse Ideam Filii, & Spiritus Sancti. Accedit etiam; quod Idea est repraesentatio rerum, quae a Deo fiunt ad extra. Porro Pater aeternus non producit ad extra Filium, & Spiritum Sanctum; ergo nec ideam habere potest aeternus Pater Filii, & Spiritus Sancti. En igitur quam paucis Tractationem hanc non omnimode insulatam reliquimus. Atque hic finis esto instituta de Divina Scientia Academica Disputationis. Nunc de voluntate Dei superest disputandum.

## DISPUTATIO TERTIA.

### De Voluntate Dei.

#### PRÆLECTIO I.

*Objectum motivum Dei aliud non esse, quam Deum, ut summe bonum, ostenditur.*

**A**bsoluta de Scientia Dei Theologica Traditione ad alteram de Voluntate Dei vocem, & animum convertamus; qua in re methodum Sententiarum Magistri servabimus, qui Tractatu de Scientia Dei hunc de Divina Voluntate subnequit. In hac itaque obeunda provincia otiosi disputatoris fore censuerim, si in praedicta li quaestione agitata diutius immorarer; nimirum num in Deo voluntas sit? cum hoc nemo, quod sciam, inficiari ausus sit; nam omnes ferme Sacrarum Scripturarum paginae de ea loquuntur;

divinamque voluntatem probat ipsa constitutio naturae; nullus est enim, aut esse potest, qui Deum intelligentem noverit, quem etiam & volentem non comprehenderit.

Ab hac vero ad alteram quaestionem progrediamur, de qua solent disceptare Theologi; nempe quidnam sit objectum Divinae voluntatis? Quod ut expediamus, notare juvat, Philosophos atque Theologos duplex objectum distinguere. Unum, quod *Motivum* vocant: Alterum, quod *Terminativum* appellant. Primum illud est, ad quod fertur potentia; Secundum est illud, quod proprie movet potentiam ad ipsius objecti consequentiam. Ad cujus resolutionem ita concludo: Objectum motivum Dei aliud non esse, quam Deum, ut summe bonum, cum non moveatur nisi a seipso; hoc